Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq[ue], Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ Et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et Singulis Quia Nos Eximia Magnifici Stanislai Ciołek de Poniatow Poniatowski Palatini Masoviæ, erga Nos et Rempublicam merita, Regijs pensando favoribus, faciendum esse duximus ut Ipsi et M[agni]ficæ Constantiæ Principissæ Czartoryska Conti eius Tenutam Mostoviensem in Palatinatu Belzensi sitam post obitum G[ene]r[o]sæ Eleonoræ de Potocki[e] Grodzicka Vacantem et ad dispositionem Nostram devolutam daremus et conferremus, uti quidem damus et conferimus præsentibus Literis Nostris, ita ut præfati M[agni]fici Poniatowscy Coniuges, Eandem Tenutam Mosty dict[am] cum omnibus Villis Agris Pratis campis, Sylvis Nemoribus, rubetis, fluvijs fluminibus Piscinis Lacubus, Prædijs Curijs ædificijs, Subditis eorumq[ue] laboribus datijs dationibus, censibus, commodis, et emolumentis, cunctisq[ue] attinentijs et pertinentijs, eo antiquitus Spectantibus teneant, habeant et possideant ad extrema vitæ suæ vel alterius Superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, Non esse Nos, Serenissimosq[ue] Successores Nostros, præfatos M[agni]ficos Poniatowskie Palatinos Masoviæ Coniuges ab usu et pacifica Possessione dictæ Tenutæ Mostoviensis amoturos, aut alienaturos, neq[ue] amovendi aut alienandi cuipiam daturos, Sed Salvum et integrum Jus advitalitium Ipsis ambobus in Solidum conservaturos, Quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione Cuius advitalitatis Solitam Proventuum Quartam quotannis Statuto tempore ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Juribus insuper Nostris Regalibus, Reipublicæ Ecclesiæq[ue] Catholicæ Salvis manentibus. In Quorum Fidem præsentes manu Nostrâ Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datt[um] Vschovæ Die XXI Mensis Maij Anno Domini MDCCXLII Regni vero Nostri IX Anno.

Augustus Rex

Mostoviensis in Palatinatu Belzen[si] sitt[æ] post [...]leonoræ de Potocki[e] Grodzicka, M[agni]ficis Stani[slao ...] Palatino Masoviæ et Constantiæ Prin[cipissæ ...] [...]ribus

Canc[ellari]atu
Illustrissimi Excell[entissi]mi
Reverend[issi]mi Domini
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible]

Productū in Thesauro Regni et Actis Quartae
ingrossatū, Varsaviae die 3tia July 1722. Aº.